



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Episcopi impositam à Deo sibi curam in populis habeant, pauperum  
oppressores non serant. Cap. i.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

# D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACI.

ensis Episcopi, de Laicis, Decretorū

Liber XV.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Laicis omnis conditionis tractatio instituitur, tam de iis qui praesunt, ut Imperatoribus, regibus, principibus, quam his qui horum imperio subiecti sunt.

*Episcopi cum impositam à Deo sibi curam in populis habeant, pauperum oppressores non ferant.* Cap. I.

*Ex cōcil.  
Toletan.  
5. ca. 32.*

**E**piscope in protegendis populis ac defendendis, impositam à deo sibi curam non ambigant. Ideoque dum conspiciunt iudices, ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendare, anathematizentur.

*De illis qui in episcopis praedam fecerint.* Cap. II.

*Ex cōcil.  
Carthag.  
cap. 8.* **V**T si quis quemlibet expoliauerit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

*Vt episcopi potestates admoneant, vt pauperes non opprimant.* Cap. III.

*Ex cōcil.  
Aurelia.  
cap. 4.* **V**T iudices aut potestates, qui pauperes opprimunt, commoniti à pontifice suo non emendauerint, excommunicentur.

*De eadem re.* Cap. IIII.

*Ex cōcil.  
Mogūti.  
cap. 8.* **V**T episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas providere, regere, & gubernare, atque dispensare, secundum canonum auctoritatem. Volumus ut laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas Ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & ut obedientes sint ad eorum Christianitatem seruandam, & Episcopi car-